

Alexander Caroc Heinrich Christian Tielcke

**Ad Disputationem Inauguralem, de Causis mitigantibus poenas in dilictis
cumprimis matrimonialibus, quam Vir ... Dn. M. Henricus Christianus Tielcke/
Eloq. in Academia Rostochiensi Professor Ordinarius, pro Summis in utroq[ue]
iure honoribus rite consequendis, in Auditorio maiori, die 8. Novembr. habebit,
Magnificum Dn. Academiae Rectorem ... invitat : [P- P- die 5. Novembr. 1693. sub
Sigillo Facultatis Iurid.]**

Gryphiswaldiae: Starckius, [1693]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682712X>

Druck Freier  Zugang



Q. B. V.

Ad

Disputationem Inauguralem,

de

Causis mitigantibus poenas in
dilectis cumprimis matrimonialibus,

qvam

VIR Prae-Nobilissimus, & Excellentissimus,

DN. M. HENRICUS CHRISTIANUS

ELOCERE /

Eloq. in Academia Rostochiensi Professor Ordinarius

pro

Summis in utroq; jure honoribus ritè conseq;
in Auditorio majori, die 8. Novembr. habebit,




Magnificum Dn. Academiæ Rectorem,

Dn. Dn. Directorem & Assessores judicij Aulicigenerosos,
Amplissimum Academiæ & Urbis Senatum, Eruditionis
& Jurisprudentiæ Amantes omnes, & universam
nobiliss. juventutis Academiæ Coronam,

observanter officiōe & amicē invitat

ALEXANDER CAROC,

Jur. Prof. Ordin. Collegii Juridici h. t. Decanus.



GRYPHISWALDIAE,

Litteris DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,

Reg. Acad. Typogr.

11

Novarin. **l. 4.** **T**ceteris in rebus, ita ad designandam iustitiae vir-

tutem, mira Hebraeorum verborum vis & efficacia
se commenda: qvibus, qvos fortes iustitiae
dicimus, ille praedictus qvondam D^O populus,
arbores vocat, pulchrâ principum cum arboribus

comparatione, qvæ firma radicibus & dense foliis nos ab asper-
pluviag_z defendunt. Inde, Gentis more exquisitissimo, nascen-
tibus Regum filiis arbores inserebantur, qvæ cum ipsis adolesce-

rent, & è qvibus jam adultis & proceris tbroni Dominantium
fabricarentur. Discabant opinor ab illis, qd pacto jactata, per
tempestates & ardores, plebi perfugium umbramque præstarent.
Non ergo sunt usquequaque militarium laude palmarum stimu-
landi Principes, qvæ tanta populorum vastitate, tam generoso
beroum sanguine queruntur: siquidem habent, in exercenda
iustitia, cum vitiis hominum ceu feralibus monstrib, continuum
bellum, unde minus cruoris, plus fluat gloria & materie cele-
brationis. Hac viri fortes ivere in memoriam seculorum, dum
fontes indagant, dum premunt, dum puniunt & in universum
acri qvodam animi vigore ad improbos coercendos incumbant.

Tract. **de bono disciplina.** **A** multis enim tota ferme ex eo iustitia estimatur: & apertis-
simè quidem Augustinus, omnia, inquit, insipiens natura
confunderet, nisi mundum disciplinæ ratio gubernaret. Quid adultero castum? Quid furi esset tutum?

Qvis non expavesceret concava littorum, secreta
sylvarum? Quid non præsumptio possideret, nisi
furorem animorum disciplina compesceret: nisi con-
stitutus esset ordo vivendi, nunquam profectò finem
poneret natura peccandi. Mirari nobis s^ep^e contigit
illud Isidori: non esse infernum cœlo pejorem; sicut
cœlum sideribus, sic infernum damnatis ornatum iri:
æ qualiter commendari iustitiam judicis, iniqvorum
condemnatione & innocentium tutela. Sunt equidem
tempora,

tempora, quibus propter adultam malorum potentiam, dissimulari multa oporteat: sed ubi primum potest, tota in paenam scelerum consurgit virtus indignata penitus ceu flagitio proprium ulciscendi lenitatem. Reperias etiam, qui sibi gratosissimos licet, cum in jus postularentur, de suo sinu indefensos dimisere. Alii liberos incluctabili necis sententia periculere: alii supplicium cum iis divisserunt, ut patris charitatem cum autoritate magistratus retinerent, Zaleuci exemplo, qui alterum sibi oculum effodi passus est, ut alterum filio adulterii convictio intactum servaret. Nec diffitemur, cum stricta severitate conjunctam esse & criminum & suppliciorum raritatem: ubi laxam & inconstanter justitiam premunt facinora, & judicia toties irrita semper exercent. Absit tamen, ut propterea alterum jus dicenti oculum eruamus, & nihil clementiae demus, illi, inquam, animi temperantia in ulciscendi officio, & principali summa potestatis ornamento, virtuti aqvis cum justitia pasibus gradienti. Quia olim Seneca, ut ferum Neronis annum mulceret, totus in eam partem incubuit, qua vis malorum urgebat. Quanquam vicit sapientiam recordia, nec par eloquentia ferro savientis. Grande aliquid esse potent, penes quos gladii potestas est, vitam fortunamque unius etiam vilissimi cuiusque: suos subditos, suos cives, sua membra artusque potent, in quos nemo sevit nisi furiosus, nec putrida quidem, aut immedicabilia ullus, nisi considerat & medicorum operâ sibi patitur avelli. Timendum effusi sanguinis apud maximum tribunal judicium; superesse mortuis manes animasque, causam omnibus seculis agentes apud ultorem DEUM. Minime vero timendum, ne in fatuam bonitatem abeat Clementia: quia omnis potentia naturâ suâ ferox est, & nunquam deerunt, qui illam accendant. Sed quando mitissimis quodq; ingeniis hoc accidit, ut nimis effusè dispensent criminum gratiam: videndum quid recta ratio, quid prudentium consilia prescribant;

bant ; & sepè Principi , suo sapiendum ingenio , regnandum alieno . Dignis afficiantur poenis , qui non modo non sani , sed vix sanabiles sunt , qui in publicum detrimentum peccant , qui servari salvis pro dignitate legibus non possunt , qui alias turbant , alias inficiunt , nocendi libidine mali , exemplis pestimi . At verò aliquis ante à frugi fuit , laudatis fuit moribus , fama non tantum integræ sed clare ; utilem se Reip. bonis artibus prabuit , multos eruditivit , multos juvit ad decus ; erravit semel , deliquit errore humano , fragilitate mortalitatis ; commotus fecit , fecit inductus , veniam is non modo postulat , sed implorat . Pro eo & in eo laborant omnes boni , jus moderatè & clementer dicitur , decernuntur poene cum sensu humanae imbecillitatis ; nihil deperit legibus si servetur , si damnetur multum decedit clementia . Qvis huic indulgeri , qvis omnem humanitatem impendi nolit ? Stat illi erecta in cœlum malus pineo perforata cuneo , demissis in terram frondibus , mitigata severitatis Symbolum : quo veniam merentes , veint ad Quercetum confugiant , ut eos contra vim tempestatemque rigoris recipiat , protegat , defendat . Hac ipsa sunt , que paulo fusius pertrahavit VIR Excellentissimus , DN. M. HENRICUS CHRISTIANUS Tielcke / Eloq. Profess. Ordinar. in Academia Rostochiensi , inaugurali labore , conscripta & examini publico exhibita de causis mitigantibus poenas in delictis cum primis matrimonialibus disputatione ; cui nunc par est , ut & natalium recensione , & commendatione meritorum , omnium studia conciliemus & favorem . Natus est anno 1660. in Feudo Rederanck / prope Rostochium , Patre p. m. Dn. JOHANNE Tielcken / dicti nobilis Feudi Hypothecario , Matre , per summi numinis gratiam , adhuc Rostochii Superstite , MARGARETA Hahnen . Extiterunt stemmatis paterni Avus & Avia , Dn. JOHANNES Tielcke / Meklenburgici erarii praefectus , & SARA Nettelblades / JACOBI Nettel-

Masen .
spec. imag.
cap. 79.
XXIV. 7.

Nettelblades / adis Jacobea apud Rostochienses Curatoris, ac
Sedecimviri Filiae. Avum maternum post fata etiam vene-
ratur Virum generosum Dn. JOACHIMUM Hahnen / Hypo-
thecarium in Deters & Hanshagen / quae Feuda sunt Mecklen-
burgica, & hereditarium Feudi Ingermaniae Ostrogi. Hic vita
thorique sociam elegit ELISABETHAM CAME RARIA M,
Dominii HENRICI CAMERARII, f. U. D. & in Academia
Rostochiensi P. P. nec non serenissimorum Ducum Luneburg. &
Pomeraniae Consiliarii Filiam. Latinitatis primordia, praetaliis,
ipsum fidelissime docuit Dn. JOH. JOACHIMUS Tieckle /
f. U. L. & Practicus famigeratissimus, Rostochii hodie vivens,
Frater germanus, quem, ob varia, quibus a teneris unguiculis
se cumulavit benefacta, intense diligit. Secutis annis varii
animum moresque formandi curam solertissimi suscepérunt.
Principè multum se debere non diffitetur, Maximè Venerando
& Excellentissimo Dn. HABICHO RSTIO, hodie Theologiae
Doctori & Professori Rostochiensi celeberrimo, College suo hono-
ratisimo. Nec reticendam ducit ingenuam informationem
Dn. JOHANNIS FABRICII, quondam Rectoris Malchinensis
solertissimi, nunc Pastoris Dargunensis vigilantisimi, qui huma-
niori in eo literatura ultimam addidit limam. Anno 1677.
Rectore Magnifico AUGUSTO VARENIO, verè augusto, Aca-
demie Rostochiensis albo, & Studiosorum catalogo nomen suum
inscribi curavit. Tum aliquandiu Rostochii subsistens Theologos
audivit VARENIUM & COBABUM, Viros de Orthodoxia, &
CHRISTI Ecclesia optimè meritos. Philologica & Sophica pro-
viribus coluit, ducibus Mag. KRÜSOVIO, MICHAELI BAL-
DERO, aliisque. His studiis, primo etiam etatis Academicæ
anno, civile jus, praeente Fratre Praelaudato, junxit. Dein
Wittenbergam profectus selegit Viros magnos Theologos & Phi-
losophos Praeceptores, hosq; publice & privatim docentes audivit.
Ibidem etiam Anno 1679. 14. Octobr. absoluta prius tota Philo-
sophia,

sophia, & eruditorum scrutinio exposita disputatione quadam
philologica Magisterii gradum suscepit. Anno 1680. domum redux
docere & publicè disputare cœpit. Aliquoties absolvit, prater
Lectiones Ontologicas & Philologicas, Panopbiam usualem.
Septies, consentiente Veneranda Facultate Theologica Homiliam
docuit, & quo eo felicius hic succederet labor, certum templum
praxi & exercitio homiliarum, exaudientium voto, dicavit.
Præsido disputavit Causam moralem, Conceptum
Summi Numinis contrahentem, Osculum libertatis &
arbitrii, Obligationem conscientiæ ex delictis, item
Dodecadem thesum selectarum Philosophicarum. In
Academia Patria ita degens non Philosophia tantum & Theologia,
sed insimul Juris studio litavit. Auditis principiis & absolutis in-
stitutionibus Justinianeis reliqua Jureconsultorum placita, præci-
piè vero juris civilis lemmata, summa aviditate perlustravit
&, quo clarius de thesum constaret veritate, & formaliter sensu,
amicabilem collationem baud raro expetiit, non privatam tan-
tum, sed publicam etiam, quod comprobant theses Rostochii
Scriptæ, & defensa de juris civilis fictione, ut taceam alia
specimina Academica, buc collimantia. In hoc studiorum
genere omnino deprædicat fidelissimam operam fidelissimi infor-
mantis, Consultissimi Dn. REDEKERI, nunc Consulis Rostochii
splendidissimi, quem Virum omni jure magni faciunt, quot-
quot mentem moresque penitus norunt. Constituerat, missa
Theologia, se juris studio unice mancipare; ast persentiens
internum dictamen conscientie, buic molimini reluctantis,
studiorum quæsivit combinationem, ea mente, ut πρώτως uni
invigilando, ab altero reliquisque non penitus recederet. Con-
silium hoc non sanè erat tumultuarium, sed consultatione,
cum eruditis Patriæ Academæ, alisque exteris instituta, sub-
nixum. Præprimis verò studiorum combinationem licitam esse
fibi probandum videbatur, quod factum, ope Disputationis, Rosto-
cibi

chii publice habita, 14. Octobr. Anno 1691. cui titulus de Functionis Ecclesiastice & Politica combinatione. Hoc tempore rigidum examen Theologicum sustinuit, qvō rite exantlato, ne firmat Diploma, à Veneranda Facultate, sub Sigillo communica-
tum, in Candidatorum Theologie numerum recipiebatur, con-
cessa Theologica legendi licentia. Circa idem ferè tempus subiit
Rostochii rigidum examen Juridicum, de quo, aliasque, buc
spectantibus, tum temporis Facultatis ibi Juridica, bujusque
actus examinatorii Dn. Decanus ita conceptis verbis: Octo,
qvodqve excurrit anni sunt, cum Excellentissimus
Dn. HENRICUS CHRISTIANUS Tielcke / animum suum
ad juris studium applicaret, Meqve publice & priva-
tim docentem, inter reliquos, sedulo audiret. Opera
informationeq; mea, magna cum industria, per qva-
triennium usus, scientiam publici privatiq; juris sibi
comparavit talem, qvalem Eruditissimum Auditorium,
cum de Fictione juris, me Præside, disputaret,
uno qvasi ore approbavit. In ipso etiam examine, qvod
rigorosum vocamus, se adeo insigniter doctum nobis-
lissimo exhibuit Collegio, ut non tam petiisse, qvam
meruisse honores viuis fit. Habuisset qvoqve Me
Præside, Disputationem Inauguralem, nisi varia-
nobis notissima, Dn. Candidati negotia, & qvod ego,
ad Consulatum urbiicum vocatus, Professorio ordinis
valedicerem, obicem posuissent proposito. Cum verò
intellexisset qvendam Amicorum suorum ad nos profecturum esse,
petitum honores in Theologica Facultate summos, bac usurpis occa-
sione, ut sumptibus parceret, unā cepit consilium eadem faci-
endi, & gradum titulumq; Doctoris in utraq; jure à nobis impe-
trandi. Stitit se nostro examini, eumqve se præstitit, cui decus
modestè capitum tanto minus denegandum fuit, qvantò magis
eloquentiae studium juris scientiam commendat, & alterum ab
altero

altero sublevatur. *Etsi enim jurisperitus esse potest, qui non sit eloquens, quod quidem in AEl. Sexto, P. Mutio & M. Manilio compertum habemus : perpolitur tamen dicendi Facultate juris civilis doctrina, in sublimia erigitur, & ad quaecunq; vel difficillima belli & pacis negotia evadit expeditior.* E diverso manifestum est, eloquentiam, nisi juris civilis cognitione adjuvetur, mancam esse & sterilem : quod cum tria sint causarum genera, & judiciale potissimum, nunquam in judiciis, sine jurisperitia, benè versabitur orator. Proinde & apud Ciceronem plerisque locis defenditur, juris civilis peritiam ita esse in eloquentia necessariam, ut sine ea nec esse, nec dici orator possit. Quidni debeat ergo Candidatum nostrum, Eloquentie Professorem, uti quondam eadem sparta Rostochii fungentem Claras. MORHOIUM, juris civilis insignia, quae sordescere, fastidiri, contemni, nullum periculum est, ubi orationis luce fulgeant, & dicendi nitore exornentur. Quam feliciter cessura sit destinatio nostra, jam augurari licet ex disertissimis Candidati prælectionibus, cum perspicue nuper & ornata diceret ad L. i. ff. de ritu nuptiarum. Augebit existimationem ille qui restat disputandi agon, quemque in diem octavum bujus mensis, bodie indicimus, freti spe optima, fore, ut Auditorium tanta celebritate omnis generis literatorum floreat, quantam cogere precibus nosfris & officiosa invitatione exoptamus.

P. P.

die 5. Novembr. 1693.
sub Sigillo Facultatis Jurid.

(L.S.)

Nettelblades / edis Jacobae apud Rostochienses Curat
 Sedecimviri Filia. Avum maternum post fata etiam
 ratur Virum generosum DN. JOACHIMUM Hahnen /
 thecarium in Deters & Hanshagen / que Feuda sunt M
 burgica, & hereditarium Feudi Ingermanie Ostrogi. H
 thoriqve sociam elegit ELISABETHAM CAMERARI
 Domini HENRICI CAMERARII, J. U. D. & in Ac
 Rostochiensi P. P. nec non serenissimorum Ducum Luneb
 Pomeraniae Consiliarii Filiam. Latinitatis primordia, pr
 ipsum fidelissime docuit DN. JOH. JOACHIMUS D
 J. U. L. & Practicus famigeratusimus, Rostochii hodie
 Frater germanus, quem, ob varia, quibus à teneris un
 se cumulavit benefacta, intense diligit. Secutis anni
 animum moresque formandi curam solertissimi suscep
 Precipue multum se debere non diffitetur, Maximè Ver
 & Excellentissimo DN. HABIC HORSTIO, hodie T
 Doctori & Professori Rostochiensi celeberrimo, College su
 ratisimo. Nec reticendam dicit ingenuam informa
 DN. JOHANNIS FABRICII, quondam Rectoris Malae
 solertissimi, nunc Pastoris Dargunensis vigilantisimi, qu
 niori in eo literatura ultimam addidit limam. Ann
 Rectore Magnifice AUGUSTO VARENIO, verè augus
 temia Rostochiensis albo, & Studiosorum catalogo nome
 inscribi curavit. Tum aliquandiu Rostochii subsistens T
 audivit VARENIUM & COBABUM, Viros de Orthodo
 CHRISTI Ecclesia optimè meritos. Philologica & Sop
 viribus coluit, ducibus Mag. KRÜSOVIO, MICHAELI
 DERO, aliisque. His studiis, primo etiam atatis Ac
 anno, civile jus, praeunte Fratre Praeaudato, junxit.
 Wittebergam profectus selegit Viros magnos Theologos
 Iosophos Preceptores, hosq; publice & privatim docentes.
 Ibidem etiam Anno 1679. 14. Octobr. absoluta prius tot

